

V.

VOLGARIZZAMENTO D'UN BRANO DI PLUTARCO^(a) (1).

[B, c. 46 B; Go, c. 66; Ra, c. 44].

(?)
1400 circa.

5 **P**LUTARCHUS in describenda Antonii vita, quem inter cetera munificum valde fuisse commemorat, patris eius^(b) unum liberalitatis actum memorabilem in initio protinus texende historie annotat. cum enim, inquit, pater eius in usum amicorum multa conferre consuevisset, et aliquando ab uno eorum pecunie mutuum rogatus non haberet promptum unde illius presentem indigentiam
10 sublevaret, neque dimittere vacuum vellet, simulavit tonsoris opera uti se velle, quo et pateret sibi agendi facultas et lateret ceteros quod agere constituerat. verebatur enim uxorem, que tenax importunaque semper imminabat. captato igitur tempore, argenteum scyphum, quo in eo opere uti consueverat, amico clam tradidit,
15 iussitque ut illo ad incommoditatem que se urgebat uteretur. questus autem scyphus cum non inveniretur, furto credebatur sublat^(c), nec dubitabatur inter domesticos evanuisse^(d). quapropter cum mulier questionem de servis^(e) habere voluisset, et pertinaciter in eo proposito perstitisset, ne plecterentur innoxii, rem uti fuerat opus
20 fuit ut aperiret. ex quo se quidem querulis litibus uxoris, tametsi non inexpertus, implicuit, servos vero ab impetu tormentorum, que mulier et avara et irata^(f) paraverat, vindicavit. ita viro liberali

(a) B P. P. V. Go Ra senza titolo. (b) Go om. eius (c) Go subditus (d) Go evanuisse ma in marg.: evanuisse (e) Go servo (f) Go mulier irata et avara

(1) In sostanza questo brano è una versione dell'aneddoto raccontato da PLUTARCO al principio della *Vita* di Antonio (cf. *Αντωνιος*, 916, 2 in *Vitae parallelae*, vol. III, 1, p. 68), e non può quindi essere anteriore al soggiorno fiorentino del V. (1398-1400). Nell'epist. LXXXXV il V. dichiara di aver letto « multa ex Plutarcho » durante il suo soggiorno a Capodistria nel 1400; e nel medesimo torno di

tempo - ad ogni modo prima del 1405 - il Bruni dedicò al Salutati la sua traduzione in latino della stessa *Vita*, traduzione che leggesi in tre codici della biblioteca Laurenziana, e che fu stampata poi nel 1542 a Basilea (cf. LEONARDI ARETINI *Epistolarum libri* cit., p. LXXII). È probabile pertanto che anche questo frammento appartenga al periodo immediatamente successivo al ritorno del Nostro da Firenze,